

P 314.



No. 3545



ANNO DOMINI 1711

USURAE IN RE PIGNORATA  
JUDICIS (SUD) SONTI & ONDE  
TIO FACTA EST (MISSA) PER  
RATIM (SUD) TIT (SUD) MTA

IN RE PIGNORATA

CAROLUS ERNESTUS SACHSIAE  
PRINCEPS ELECTOR

SECRETUM

1711

IN RE PIGNORATA

SECRETUM

SECRETUM





7

AN ET QUATENUS  
USURÆ IN SENTENTIA  
JUDICIS, QUA SORTIS CONDEMNA-  
TIO FACTA EST, OMISSÆ, SEPA-  
RATIM ADHUC PETI QUEANT?

---

D I S Q U I S I T I O

AUCTORE


CAROLO ERNESTO GUILIELMO  
TIEMANN

GUESTPHALO.

I. U. C.

---

HALAE SALICAE,  
TYPIS FRANCKIANIS.  
MDCCXC.



AN ET QUATERNUS

LIBRARIUS  
GUILIELMO  
POTUIT BOISSIERE A DOMINI  
ET ADDESSORI INCESTERNI DOMINI RE  
GEMINE

M I S G U I S I T I O




ERNST  
GROTE  
POTUIT BOISSIERE A DOMINI  
ADDESSORI INCESTERNI DOMINI RE  
GEMINE

AVUNCULUS ET PATRINUS

FRANCOIS MORTIER  
MAJAN SALLIAN

FRANCOIS MORTIER  
MAJAN SALLIAN





DUUM VIRIS

GUILIELMO ELBERS

POTENT. BORUSS. REG. A CONSILII INTIMIS

ET ADSESSORI DICASTERII SUMMI RE-

GIMINIS, QUOD EST CLIVIAE,

ET

ERNESTO TIEMANN

POTENT. BORUSS. REG. A CONS. BELLICIS ET

ADSESSORI CAMERAE CLIVIENSIS

AVUNCULIS ET PATRINIS

DE SE,

PRAECLARE MERITIS,

HOC QUAECUNQUE ERUDITIONIS

SPECIMEN

PIA MENTE

VOVET

ET

DICAT

NOMINUM

TANTUM SIBI GRATORUM.

OBSEQUIOSISSIMUS

CULTOR.



VIRI ILLUSTRISSIMI!

FAUTORES MAXIME VENERANDI!

**S**I quod a tenerrima aetate usque ad haec  
fidera effluxit tempus, in animum revoco, ne  
ullum quidem spatium praeteriisse memini,  
quod VESTRAE benevolentiae amorisque VE-  
STRI erga me signis praecipuis vacet. Quibus

ut grato animo, non quoad merita, quâ enim id  
pro mea imbecillitate fieret! quodam tantum  
modo responderem, cum occasio opportuna  
adhuc defuit, tum vires meae, nimium circum-  
scriptae, me retardarunt. Jam, ut grati animi  
debitum, si fieri posset — en parcum! tamen  
perfolvam, propero: quod exiguum documen-  
tum ut benevolentem, et consueta humanitate  
accipiatis, precor, vosque meo desiderio con-  
fido esse satisfacturos. Confecro itaque VOBIS  
meorum laborum, meaeque in Academia indu-



striae primitias, quae quam exiguae sint, fen-  
tio quidem, optoque, ut hi mei conatus VO-  
BIS non displiceant. Cum, quos hic habetis,  
ingenii primi sint fructus, qui a perfectione lon-  
ge abesse solent, aequos VOS fore arbitros,  
nec errores, pro viribus meis haud evitandos,  
VOS accusaturos, habeo persuasum. Eruditi  
nomen, dum haec scribebam, ambire, in-  
mentem mihi non venit: solummodo movit  
me ratio, VOBIS demonstrandi, me si non  
doctum evasisse, mediocrem tamen in Acade-

155  
mia adhibuisse diligentiam, et qualicumque  
falsim modo Jurisprudentiae me devovisse.  
Ceterum ut gratum in posterum quoque ha-  
beatis, quem haecenus habuistis, est, quod ro-  
gat atque obsecrat

VESTRORUM NOMINUM

obedientissimus

CULTOR.



AN ET QUATENUS  
USURÆ IN SENTENTIA  
JUDICIS, QUA SORTIS CONDEMNATIO  
FACTA EST, OMISSÆ, SEPARATIM  
ADHUC PETI QUEANT?

---

D I S Q U I S I T I O.

AN. II. QUANTUM

USURAE IN SENTENTIA  
IUDICIS. QUA SORTIS CONDEMNATIO  
FACTA EST. OUISSE SEPARARE  
ADHUC ESTI QUANTUM

V. ALIUM. In hoc articulo videtur, quod si iudex in sententia sua, quae ad sortem damnationem pertinet, separatim de usurae condempnatione pronunciet, tunc illa sententia non est nullum, sed est a seorsum separata, et per se valida. Unde si quis in sententia iudicis, quae ad sortem damnationem pertinet, separatim de usurae condempnatione pronunciet, tunc illa sententia non est nullum, sed est a seorsum separata, et per se valida.

Ad hunc articulum





§. I.

Usurarum notio. Eas petendi fundamentum.

**V**ALOR usus rei fungibilis usurarum nomine venit eoque significato usurae fructibus proprie sic dictis, qui sunt ex ipsa rei substantia provenientes, opponuntur. Eas petendi duplex tantum fundamentum datur, nimirum immediata legis dispositio et conventio partium <sup>1)</sup> indeque generatim omnes usuras in legales, et conventionales rectius dispescimus. Earum usurarum, quae ex immediata legis dispositione debentur, duplex iterum fons est, mora scilicet debitoris in restitutione rei fungibilis,

<sup>1)</sup> L. 30. de usur. L. 5. cod.

quae fors dicitur commissa 2) et naturalis aequitas. Prior si incidit casus, usuras punitorias habes, ideo sic dictas, quia ad coercendam debitoris moram, praestantur; si posterior, compensatorias, dum citra moram, ob lucrum ex usu rei, quae nobis debetur, perceptum 3) aut nobis interceptum 4) praestari debent: utroque enim casu per earum praestationem damni perpeffi reparatio fit.

## §. II.

### Ad eas consequendas remedia.

REMEDIA ad consequendas usuras debitas, si quaeris, hanc accipe responsionem: illa non uno eodemque modo in omni usurarum genere a legibus definita esse; potius pro vario usurarum fundamento admodum variare. Quod enim 1) attinet usuras, quarum fundamentum est immediata legis dispositio, nullo habito respectu, sive earum fons sit mora a debitore commissa, sive naturalis aequitas, nulla ad

2) L. 32. §. 2. D. de usur. et fruct. L. 2. C. de usur. L. 8. §. 1. L. 20. D. de cond. furt. L. 7. C. de condict. ob turp. causi. Rec. dep. de 1600. §. 139.

3) L. 1. §. 1. D. de usur. L. 10. §. 3. D. mandati. L. 7. §. 10 et 12. de administr. et per tutor. L. 38. D. de negot. gest. L. 19. §. 4. cod.

4) L. 33. pr. D. ad L. aquil. Leyser sp. 244. med. 4.



eas consequendas seperata competit actio, sed ipsa, qua fors petitur, actione experiendum est, qua extincta, nullum profus propter usuras remedium competit. Quod vel inde venit, quia istius generis usurae 5) tamquam incrementum, et pars fortis ipsius considerantur, atque in speciali obligatione non sunt positae hincque duplex non prodi potuit actio, qua primo totum, deinde pars, quae in toto est, petatur 6). Contra ea autem II) si spectas usuras conventionales, cum speciali partium conventionione nitantur, nec cum obligatione, in qua fors ipsa versatur, cohaereant, nisi quod tantum ejus respectu, et pro usu illius stipulatae sint, separata adhuc actione, ex pacto scilicet, peti possunt 7); nec illis nocet, quod actio, qua fors petitur, jam extincta sit, modo haecce extinctio, non ipsam fortis amissionem post se trahat 8).

### §. III.

#### Quaestio decidenda exponitur.

PRAEMISSIS hisce, tum de fontibus usurarum, tum de remediis ad eas consequendas a lege praescriptis,

- 5) L. 4. C. de pos. L. 49, §. 1. D. de act. emt. vend.  
 6) L. 49. §. 1. c. 1.  
 7) L. 1. C. de Jud. L. 75. §. 9. D. de V. O. L. 8. D. de eo quod certo loco Mencken Sult. pandect. L. 22. Tib. de usur. §. 17, sq. Zanger de except. pag. 617. nr. 39.  
 8) L. 26. pr. C. de usur.

ad rem gerendam admodum necessariis, accedo ad quaestionem, cui hae plagulae destinatae sunt, quae haec est: An et quatenus usurae alicui debitae in sententia, qua fortis condemnatio facta est, omisissae, separatim adhuc peti queant 9) de qua non una exstat D. D. sententia. Alii enim creditori indistincte facultatem, ut ultro eas petendi negant, causam asserti eo agentes, quod per omissionem usurarum a iudice factam, reus earum intuitu tacite pro absoluto habendus sit, ideoque, ultro eas petenti auctori, exceptio rei iudicatae obstat 10). Alii alia incedentes via inter usuras conventionales et legales distinguunt. Priorum respectu creditori, licet in sententia omisissae sint, ulteriorem adhuc petitionem concedunt; posteriorum autem, rei iudicatae exceptionem ei obfistere asserunt. 11)

9) Praesupponi hic sententiam iudicis, qua fortis condemnatio facta est, per se patet: alias enim, si a praestatione fortis absolutio facta fuerit, eamque non deberi pronuntiatum; usurarum quoque tamquam respectu fortis debitatum nulla ratio haberi potest. arg. Lib. 26. pr. C. de usuris.

10) Brunnemann ad L. 4. C. de pos. Leyfer in medit. ad Pand. spec. 235. nr. 6.

11) Quistorp in seinen Beiträgen zur Erläuterung verschiedener Rechtsmaterien etc. nr. L. III. ibid. ale Carpzov Resp. Jur. R. 79.



## §. IV.

Quae in ea observari debeant, proferuntur.

SI dicendum, quod res est, nemo horum interpretum, quos proposita quaestio occupavit, si quidem attigit, non tamen accurate punctum inspexisse videtur, circa quod illa vertitur. Omnia enim eo redeunt: an omissio usurarum in sententia a iudice circa sortem lata, eum producat effectum, ut quaestio, an usurae debeantur vel minus, tamquam res iudicata considerari queat. Quod si est, nullo profus dubio subesse potest, eam ita obstare, ut usurae amplius peti nequeant, cum e contrario ulteriorem usurarum petitionem nullo modo impedire possit. Hoc cum definiendum sit, necesse videtur, ut non solum de rei iudicatae notione, sed de ejus quoque effectibus pauca praemittamus.

## §. V.

Res iudicata quid?

REI iudicatae notionem curanti optimus auctor est ipse Modestinus, quos producit autem effectus ex coordinatis, quae hocce thema tractant, legibus facile elicere licet. Sic autem ille: Res iudicata inquit, est quae finem controversiae pro-

nuntiatione iudicis accepit, quod vel condemnatione vel absoluteione contingit <sup>12)</sup>. Auctore itaque Nostro res iudicata non nisi ea dicitur, cui pronuntiatio iudicis s. ejus effectum, quid inter litigantes juris esse debeat, finem imposuit. Pronuntiatio vero iudicis, eodem fatente, non adest, nisi rem, de qua quaeritur vel, condemnatio vel absolutio secuta sit, ita scilicet, ut reus, a quo aliquid petitur, ejus respectu vel absolvatur vel ad illud praestandum condemnatur. Posito hoc principio, quod ipsa Lex suppediat, necessario sequitur, si quid ab actore petitum, de eo autem a iudice non ita pronuntiatum sit, ut reus vel absolvatur, vel condemnatur, illud dici non posse rem iudicatam: cum pronuntiatio iudicis duobus tantum capitibus, absoluteione et condemnatione, consistat. Hinc sequitur, si jus quoddam proposuit actor ei competens, quod iudex in pronuntiatione silentio praeteriit, illud iudicatum dici non posse, nisi ipsi legis effecto te opponere velis.

## §. VI.

## Ejus effectus.

VIDIMUS, quae rei iudicatae genuina sit notio: jam est, ut de ejus effectibus paucis dispiciamus.

12) L. I. D. de sentent.



Effectus vero pronuntiationis judicialis, quos mox accuratius circumbibimus, vel inde oriuntur, quia non dantur remedia, quibus impediatur, quominus in rem judicatam transeat iudicis effectum, vel inde, quod quidem adsint remedia, ii vero, quorum interest, vel expresse, vel tacite per non usum horum remediorum intra tempus praefinitum declarent, quod hunc effectum pronuntiationi iudicis tribuere velint <sup>13)</sup>: utroque casu rei judicatae effectus is est, quod finita retractanda non sint, atque nova lis resuscitari non debeat ex decisa jam prioris litis materia; potius si quid tale acciderit rei judicatae, exceptio opponi atque actor a limine iudicii repelli queat <sup>14)</sup>. Exceptio autem rei judicatae, ut monet JULIANUS <sup>15)</sup> toties obstat, quoties eadem quaestio inter easdem personas, quae pridem inter se litigarunt, revocatur: Sive illud fiat eodem, quo ante vel alio genere iudicii. Luculentius paulo adhuc est effectum Neratii <sup>16)</sup> quo, quid sit de ea re agendum, optime exponitur. Sic enim ille: Cum de hoc, an eadem res est, quaeritur, haec spectanda sunt, personae, id ipsum, de quo agitur, caussa proxima actionis, nec jam

13) L. 15. X. de sentent. et Re iudic. L. 5. C. de Re Jud.

14) L. 1. C. de Re iudic.

15) L. 3. de Excep. R. J. L. 7. §. 4. eod.

16) L. 27. D. eod.

interest, qua ratione quis eam causam actionis competere sibi existimasset, perinde, ac si quis, posteaquam contra eum iudicatum esset, nova instrumenta causae suae repperisset. Hinc an rei iudicatae exceptio obstat, tria spectanda sunt 1) an eadem res petatur, de qua jam pridem a iudice, vel absolvendo vel condemnando iudicatum est: sub qua illud quoque continetur, si ante totum petitum et de hoc iudicatum fuit, iam vero pars ejus petitur, cum is omnino etiam de eadem re agere videatur, qui partem ejus petit, de cujus toto jam pronuntiatum est 17); 2) an eadem petendi causa seu eadem quaestio subsit. Quae et tunc subesse intelligitur, si actio quidem mutatur, idem tamen petitionis fundamentum est 18); 3) an eadem personarum conditio concurrat, quae in priori pronuntiatione adfuit. Quae si concurrunt requisita, obstat exceptio rei iudicatae, quominus id, de quo pridem litigatum est atque iudicis effato finitum, restitueretur: cum alias uno horum deficiente illa corruat 19).

17) L. 7 D. de excep. R. I. L. 3. eod.

18) L. 5. D. eod. L. 12.

19) Zanger de except. p. 612. nr. 5.



## §. VII.

Applicantur principia §. V et VI exposita ad  
praesentem quaestionem.

HAEC haecenus! Jam sequitur, ut de applicandis  
principiis supra expositis ad praesentem quaestionem  
simus solliciti, cujus omnis cardo in eo versatur:  
utrum omissio usurarum in sententia judicis, qua  
fors petitur, judicium de iis involvat. Ut vero ali-  
quid res judicata dici queat, requiri, ut iudex de eo  
vel absolvendo vel condemnando pronuntiaverit, supra  
dedimus probatum. Quo supposito, nunc facile erit  
intellectu: an usurarum in pronuntiatione Judicis de  
forte facta, ommissio pro iudicio de illis lato accipi  
queat. Cum enim ommissio praesupponat, iudicem  
de eo, an usurae debeantur, vel minus, plane ta-  
cuisset; hoc punctum nullo demum modo tamquam  
judicatum intelligi potest, cum tale haud secus con-  
sideretur, ac illud, de quo Iudex vel absolvendo vel  
condemnando pronuntiavit.

## §. VIII.

Ostenditur, rei judicatae exceptionem ob omis-  
sionem usurarum non obstare.

Cum ex applicatione, quam superiori paragrapho  
suscepimus, sole meridiano clarius adpareat, quod

omissio usurarum non tamquam Judicium de illis latum intelligi possit; sequitur, usurarum petitionem, demum post sententiam, de sorte latam, ultro patere nec exceptionem rei judicatae obstare, cum omissio rei cujusdam non judicium de ea involvat. Nilque interest, utrum usurae in actione, qua fors petitur, simul petitae sint, vel minus. Non enim ideo, quod semel quid petatum sit, exceptio rei judicatae obstat; sed ideo tantum, quia res, de qua inter partes litigatum est, per pronuntiationem judicis finem accepit. Patet ex his, non ideo, quia in sententia omissae sunt usurae, exceptionem rei judicatae obstare, quo minus ultro peti queant; potius, nisi alia adpareat causa, ulteriorem earum petitionem impediens, adhuc semper peti posse.

#### §. IX.

Nec obstant L. 13. C. de usur. et L. 4. C. depof.

Objicies, adesse tamen leges, quibus expresse contraria defenditur sententia, nostrumque de toto argumentum destruitur. Sed obstare tantum videntur, non re ipsa obstant, et diverso longe fundamento nituntur. Leges vero, quibus imprimis nituntur adversae sententiae defensores, haec sunt:



L. 13. C. de usuris. Sed si finitum est iudicium sententia, quamvis minoris condemnatio facta est, non adjectis usuris, nec provocatio secuta est, finita retractanda non sunt: nec ejus temporis, quod post rem judicatam fluxerit, usurae ullo jure postulantur, nisi ex causis iudicati.

L. 4. C. depositi. Si deposita pecunia is, qui eam suscepit, usus est, non dubium, est, etiam usuras praestari debere. Sed si cum depositi actione expertus es, tantummodo fortis facta condemnatio est: ultra non potes propter usuras experiri. Non enim duae sunt actiones, alia fortis alia usurarum, sed una, ex qua, condemnatione facta, iterata actio rei judicatae exceptione repellitur.

EST e re nostra, ut genuinum harum legum sensum, quae nostro asserto primo intuitu admodum obfata videntur, paulo accuratius ambiamus. Jam vero ex negotiis, quae earum objectum sunt, confestim patet, quod modo de Usuris legalibus loquantur; nullo autem modo omnis generis usuras concernant. Quod vero in his legibus dicitur, omittas in sententia iudicis, qua fortis condemnatio facta est, usuras ultro petenti, exceptionem rei judicatae obfata, non inde

venit, quia omiffio earum a iudice facta pro iudicio de iis lato et re iudicata accipitur, fed alio longe fundamento, haec legum difpofitio innititur. Supra §. II. expofitum dedimus: ufuras legales tamquam partem et augmentum ipfius fortis confiderandas effe, ideoque non fpecialem ad eas confequendas actionem proditam; potius eadem, qua ipfa fors tamquam totum petitur, actione peti debere. Quod cum extra omnis dubitationis aleam, ipfo harum legum argumento pofitum fit, non mirum videri potefl, quod ufuris legalibus in pronuntiatione iudiciali omiffis, fi ultro petantur, exceptio rei iudicatae obflare dicatur: cum eadem actione, fi illud admitteretur, pars ejus, de cujus toto jam antea pronuntiatum erat, peteretur, atque ita eadem inter eosdem litigantes quaefitio revocata foret, quae jam antea per iudicis effatum finem acceperat; quod vero ne fiat, legibus cautum eff. Alia itaque cauffa eff, cur hic exceptio rei iudicatae obflrat, fcilicet, quia non licet, partem ejus ulterius perfequi, cujus totum jam pridem petitum, atque de eo iudicatum eff, nedum quod actio deficiat, qua illud confequi poffes, cum non nifi una adfit actio eaque per effatum iudicis de forte exflincta fit.



## §. X.

## C o n t i n u a t i o .

TANTUM vero abesse, ut harum legum dispositio ad eas usuras quoque, quae speciali partium conventionem nituntur, pertineat eoque trahi possit, ut potius iis directe in adversum ires, si talem applicationem suscipere velles, sole meridiano clarius elucet. Cum enim, quae in usuris legalibus adstat ratio atque facit, ut opponi possit rei judicatae exceptio, in usuris conventionalibus non obtineat; sequitur, cessante causa effectum quoque cessare debere. Non enim usurae conventionales, ut pars fortis petuntur, nec cum ea cohaerent, sed tamquam summa, quae ex speciali paciscentium conventionem pro usu fortis debetur, ideoque non potest dici, eas partem fortis constituere, et, qui ante de toto egerat, nunc de parte ejus agere. Indistincte itaque hae usurae a iudice, qui de forte pronuntiavit, omissae, actione ex pacto adhuc peti possunt.

## §. XI.

## R e c a p i t u l a t i o .

INTEGRAM, utrum usurae in sententia, qua fortis condemnatio facta est, a iudice omissae, adhuc ultro peti queant, materiam summam nunc ita tenere

---

possumus. I) Usurarum, quae in sententia iudicis de forte lata omissae sunt, ulteriori petitioni nullo demum casu ob id, quod omissae sint, obstare posse rei iudicatae exceptionem, dum id iudicatum dici nequeat, de quo iudex non absolvendo, vel condemnando pronuntiavit, §. VII et VIII. II) Usuris tamen legalibus, quominus ultro peti possint, alio ex fundamento obstare rei iudicatae exceptionem, scilicet quia ut pars fortis atque augmentum considerantur, hincque de eadem re ageretur, si pars ejus peteretur, cujus totum jam pridem petatum fuit, eaque petitio pronuntiatione iudicis finita est. §. IX. Contra ea autem III) usuras, quae ex speciali partium conventionione debentur, semper adhuc peti posse, cum quae in usuris legalibus obstat causa, ex qua rei iudicatae exceptio opponitur, in iis locum invenire nequeat. §. X.)

---




Ne 3545


5

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*









7

AN ET QUATENUS  
USURÆ IN SENTENTIA  
JUDICIS, QUA SORTIS CONDEMNA-  
TIO FACTA EST, OMISSÆ, SEPA-  
RATIM ADHUC PETI QUEANT?

DISQUISITIO

AUCTORE

CAROLO ERNESTO GUILIELMO  
TIEMANN

GUESTPHALO.

I. U. C.

HALAE SALICAE,  
TYPIS FRANCKIANIS.  
MDCCXC.

